Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0002-2

I. N. I.

# OBSERVATIONES PRACTICÆ IVRIS PVBLICI

DE

# IVRE STATVVM IMPERII CIRCA SVOS CONSILIARIOS

PRAESIDE

IO. IACOBO MOSER

S. Regiae Majeſtatis Poruſſicae Conſiliario Intimo, Academiae Directore & Profeſſore Iuris Primario,

Die XVI. Dec.

Conſueto tempore & loco defendendae

a

GEORGIO WERNERO DE DEQVED,
Equite Palæomarch.

*FRANCOFVRTI ad VIADRVM,*
Typis SIGISMVNDI GABRIEL. ALEX.
ANNO MDCCXXXIIX.

1738, 4a

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0003-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0004-3

*ILLVSTRISSIMO*

SACRI ROM. IMPERII

*COMITI AC DOMINO*

# DOMINO
# FRIDERICO CHRISTIANO

S. R. I.

COMITI SCHAVVENBVRGI,

LIPPIAE ET STERNBERGAE,

ET RELIQVA

*DOMINO SVO PERQVAM CLEMENTI*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0005-9

HANC

DISSERTATIONEM IVRIDICAM

INAVGVRALEM

IN SVBIECTIONIS ATQVE PERPETVAE DEVOTIONIS

*SIGNVM AC DOCVMENTVM*

SACRAM ESSE CVPIT

AVCTOR ATQVE RESPONDENS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0006-4

§. 1.

ACturi de Jure Statuum Imperii circa ſuos Conſiliarios ſub nomine Conſiliariorum eos tantum comprehendimus, qui extra judicialia Principalium ſuorum negotia reſpiciunt & vel de iis cum Voto ad Superiorem referunt, vel etiam ea ipſimet, ſub nomine tamen & auctoritate Status, cui à conſiliis ſunt, expediunt: adeoque nihil hic nobis rei eſt cum tali ſpecie ita dictorum Conſiliariorum, qui in Judiciis ſuperioribus Jus nomine Principis dicunt partibus his enim Conſiliariorum nomen plerumque non niſi valde improprie competit, cum potius Judices, vel Aſſeſſores, vel Scabini ſuperiorum Tribunalium appellari debebant, imo etiam non priſtinis ſolum temporibus ita appellati fuerint, ſed & in multis Provinciis hoc ipſo Elogio in hunc usque diem mactari ſoleant.

Non agitur neque de Aſſeſſoribus Judiciorum.

§. 2.

Neque loquimur de illis Conſiliariis, quos ſive neceſſarios, ſive natos, ſive legales, ſive pactitios appellare poſſes, quales ſunt 1. apud Status Eccleſiaſticos, Catholicos maxime, Canonici Capitulares. De iſtis enim conſtat, adeo reſtrictam eſſe atque tantum

neque de Conſiliariis neceſſariis, ſcil. Capitulis,



non

non ubique in dies magis (ceu ex ore ipſius cujusdam Epiſcopi regentis accepit Præſes,) per Capitulationes, &c. reſtringi Magnatum Germaniæ Eccleſiaſticorum poteſtatem, ut in omnibus cauſis arduis in conſiliarium adhibendum ſit Capitulum. Exempli loco ſit Elector Colonienſis, omnium Statuum Germaniæ Eccleſiaſticorum potentiſſimus, cui die Erb-Landes-Vereinigung *de A. 1550.* hanc Legem dicit: Ußgeſcheiden den Dechand und Capittel des Dhoems, want die alleſammen als ein Litmaß zu des Herrn Rath gehören. -- Darzu auch allezeit der Herr in ſeine Rath bey ihme haven ſoll zweene Herren uß dem Capittel. Et demum d. 14. Sept. 1734. Aug. Imperator ex Conſilio Imperiali Aulico reſcripſit ad Sereniſſ. ad Electorem modernum: Derſelbe werde daraus (ex accluſo Exhibito) des mehrern erſehen, welchergeſtalten daßelbe (Dom-Capitul,) das Jus Con-Deputationis & Concurrentiæ in allen das Ertz-Stifft betreffenden Reichs-Geſchäfften nicht nur in einer von undencklichen Jahren her geweßten Obſervantz, ſondern auch in Pactis publicis, in ſpecie aber in der Erb-Landes-Vereinigung, Capitulation, re judicata und dem Baadiſchen Friedens-Schluß gegründet, folgſam über die biß jetzo darwider vorgenommene Contraventionen ſich gar ſehr beſchweret, ꝛc.

§. 3.

vel Statibus Provincialibus.

2. Quoque huc referendi ſunt Status provinciales. Etſi enim horum Jura admodum varient atque ex Pactis, Privilegiis & Obſervantia cujusque Regionis dimetienda ſint, de pleriſque tamen Germaniæ Provinciis verum eſt, quod tradit Dn. KEMMERICH (1): Generatim negotia, quæ ad Statum publicum totius Provinciæ, tum Sacrum, tum Secularem pertinent, in Comitiis Provincialibus tractari ſolent. Speciatim de cauſis agitur ad Religionem pertinentibus, de Legibus ferendis ac interpretandis, de rebus

(1) *In Introd. ad Jus publ. Lib. 7. Cap. 11. §. 16. p. 1214.*

rebus Politiae, Securitate publica, conſervatione Regalium, cumprimis collectis & Tributis itemque de cauſis ad Familiam Principis ſpectantibus, Controverſiis cum Agnatis, materia Succeſſionis, aut Alienationis, aliisque magni momenti negotiis, ſtatum belli & pacis concernentibus. Exempli loco nobis ſit die Herzogl. Sachſen-Gothaiſche Landes-Ordn. *de An. 1666. Cap. 3. Tit. 1.* ibi: So auch Reichs- oder andere Sachen fürfielen, welche Unſerer getreuen Landſchafft Wohlfarth und Intereße ſonderbar mit betreffen, wollen Wir daraus mit ihr, der Nothdurfft nach, communiciren laßen, deren unterthänigen Anrath darinnen vernehmen und zu ſolchem Ende aus Dero Mittel, und ſonderlich dem Ausſchuß, nach Erheiſch der Sachen, Beſchreibung thun, welcher nach ſich die jedesmahls beſchriebene gehorſamlich einzufinden wiſſen und Uns mit wohl erwogenen deren Bedencken treulich an die Hand gehen werden. Sic quoque Ordines Ducatus Brunſvicenſis, portionis Guelferbytanae, Juribus ſuis palmariis haec annumerant: Daß die Land-Stände, als perpetui Patriae Conſiliarii, in negotiis tam Belli, quam Pacis, in Conſilium gezogen werden, wie auch denen vom engern, wo nicht auch vom gröſſern Ausſchuß, von dem ſtatu publico, auch vorfallenden Reichs- als Craiß-Affairen im Krieg und Frieden allemal vertrauliche Communication durch die Fürſtliche Geheimbde Räthe oder ſonſt gegeben wird, per Reverſ. de An. 1345. 1419. Rec. de Anno 1500. 1505. 1586. 1572. 1597. §. 41. 1606. §. fin. 1614. 1635. 1636. § 4. add. Acta de Anno 1639. Menſ. Jan. 1641. Menſ. April. 1651. Menſ. Febr. Rec. de Anno 1682. Wann auch Fürſtl. Heyraths-Alliancen zu ſchlieſſen, Appanagia zu conſtituiren, neue Werbungen zu reſolviren, oder auf die Fürſtl. Cammer-Güther einige Capitalia aufzunehmen, geſchiehet ſolches alles mit der Landſchafft Zuziehung, auch Dero drob eingenommenen unterthänigſten Monitis, Rath und Bewilligung per Rec. de Anno 1314. 1345. 1401. 1428. 1431. 1442. 1500. add.

Teſtam. Julii de Ann. 1582. p. 56. 59. it. Acta de Anno 1639. Menſ. April. (1) Singularibus tamen, et quae noſtris temporibus vix ullibi obſervantur, accenſendam eſſe arbitramur Diſpoſitionem der Regiments-Ordn. des Herzogth. Würtemb. *de An. 1498.* ubi habetur: Und nachdem gemeyner Landſchafft an dieſer Sach und Handlungen (Regimine Ducatus) am meiſten und höchſten gelegen iſt, ſo ſollen die vier von der Landſchafft ſtätigs bey und um die Cantzley ſin. Etſi enim Status provinciales ſint Conſiliarii Patriae, Collegiis tamen Principis non, niſi ſpecialiter vocoti, (licet & hoc vix ac ne vix quidem accidat,) interſunt, ſed in Scripris cum iis agitur eodemque modo etiam deſideria & conſilia ſua exponunt.

§. 4.

Sed de Conſiliariis ordinariis.

Sed de ſolis Conſiliariis Statuum ordinariis nobis ſermo eſt, qui ab Imperante eum in finem conſtituuntur, ut, (ceu jam innuimus,) illam negotiorum publicorum extrajudicialium partem, quam Regens ipſis pro lubitu committit, vel nomine Principis expediant, vel, re funditus examinata & perſpecta, cum Voto ad ipſum de ea referant.

§. 5.

Quid circa illos, non conſilii, ſed Juris, ſit?

Cum vero conſtitutum nobis ſit, agere de *Jure* & poteſtate Principis circa ſuos Conſiliarios, non ſunt hujus loci Monita illa paterna atque ſalutaria, quae in ultimis Magnatum Germaniae voluntatibus ſubinde occurrunt. Ex. gr. Erneſtus Pius, Dux Saxo-Gothanus, in Teſtamento ſuo An. 1654. condito, poſt plura alia circa Collegia Conſiliariorum obſervanda, addit: In Annehmung neuer Diener haben ſie (Filii noſtri) über dasjenige, was kurtz vorher von ihren Qualitäten vermeldet, mit beſonderm Fleiß dahin zu trachten, daß Sie Sich derjenigen, ſonderlich was die Adelichen Subjecta betrifft,

(1) add. *infr.* §. 12.

trifft, bedienen, welche keinem andern Chur-Fürſten oder Herrn mit Erb-Huldigung, Lehens- oder andern Pflichten verwandt, oder, wo möglich, gar in Unſerm Fürſtenthum gebohren oder begütert ſeyn, auch die vor andern ſich was verſucht, oder ſonſten Creutz und Unglück ausgeſtanden haben. Wären aber keine tüchtige Landes-Kinder, ſo etwan unter Uns unmittelbar oder Unſern Grafen und andern Lehn-Leuten gebohren, vorhanden, ſo ſollen ſie bey denen Frem-den nichts deſto minder dasjenige, was vorher von der Ver-wandniß anderer Herren, ſonderlich mit denen ſich Strei-tigkeit ereignen möchte, vermeldet, in gute Conſideration ziehen und bey denen Gelehrten nicht ſo wohl auf den Gradum, ſo ſie etwan angenommen, als vielmehr auf die hierüber erforderte Qualitaet und Geſchicklichkeit ihr Abſehen haben, dieweil leider mehr als zu viel bekannt iſt, wie gar indirecte und leichtlichen heutiges Tages die Gradus in Academiis pflegen conferirt zu werden.

§. 6.

Porro cum Juris tantum *publici* Obſervationes de hac materia promiſerimus, nihil nobis rei eſt cum Quaeſtionibus de Receptione, Juramentis, Salario, Coërcitione, Dimiſſione, &c. Miniſtrorum atque Conſiliariorum ad Jus privatum pertinentibus, ſed ad id ſolum reſpicimus, quid Statui Imperii reſpectu tum Imperatoris, tum Ordinum ſuorum Provincialium atque Subditorum liceat?

& quidem publici.

§. 7.

Denique quoad ipſum Juris publici punctum abſtrahimus de iis caſibus, ubi non tam quaeritur de Jure Principis, qua Principis, ſed qua Con-Domini, vel Cor-Regentis, circa Conſiliarios, quae peculiarem Deductionem merentur. Vnici tamen & hic Speciminis loco provocamus auf die Inſtruction Chur-Fürſt Johann Georgs II. und Auguſti, Chriſtians und Morizens, Herzogen zu Sachſen, für Dero gemeines

Denique quid liceat Statui, qua tali, non qua Con-Domino vel Corregenti?

*Conſiſtorium* zu Leipzig, *de A. 1660.* ubi paulo ab initio dicitur: Inskünfftige aber (ſollen) bey begebenden Vacantien auf eines und des andern (Raths) tödlichen Abgang oder Veränderung Ihr Chrfürſtl. Durchl. vor ſich alleine zwey Aſſeſſores, einen Theologum und einen Politicum, und J. J. J. F. F. F. D. D. D. (Electoris Fratres,) insgeſammt die andern 2. Aſſeſſores, gleichfalls einen Theologum und einen Politicum, Wechſelsweiſe zu beſtellen und anzunehmen und J. J. J. F. F. F. D. D. D. bey den erſten Vacantien mit der Erſetzung den Anfang zu machen haben, von Churfürſtl. Durchl. aber dieſelben alle und jede communi nomine gnädigſt confirmiret und insgeſammt J. J. J. J. Chur- und F. F. F. F. D. D. D. D. ingleichen auch die darzu beſtellten Advocaten, auch Protonotarii und Copiſten, Pflichtbar gemacht und durch das Juramentum Religionis auf die ungeänderte Augſpurg. Confeſſion, wie ſolche Kayſer Carln dem V. auf dem daſelbſt gehaltenen Reichs-Tage An. 1530. übergeben, ſo wohl die Formulam Concordiae und andere in der wahren Evangeliſchen Kirchen dieſes Sächſiſchen Churfürſtenthums und Lande angenommen und bißhero bekennte Chriſtl. Articul, wie ſolches die jetzigen Aſſeſſores in Perſon würcklich geleiſtet und geſchworen, verbunden, auch allezeit dem angenommenen neuen Aſſeſſori, nach abgelegtem Jurament, dieſe Inſtruction mit Fleiß zu durchleſen und ſich in ſeinem Beruff und Amt darnach allenthalben zu achten, gegeben werden.

§. 8.

Imperanti licet, ſuas & Rei publicae res curare in perſona propria.

Equidem cura & Regimen Reipublicae eorum, quos praeeſſe aliis Deus voluit aut indulſit, & officium eſt, & Ius quoddam praecipuum. In quantum ergo ſoli ſufficiunt ſuis atque Reipublicae rebus curandis, in tantum tum Iure naturae atque Divino revelato ad id obſtringuntur, tum nemo ab iis poteſt exigere, ut in auxilium aſſumant alios.

§. 9.

§. 9.

Dantur quoque Status Imperii ex Ordine Comitum atque Baronum, qui non Collegiis tantum Conſiliariorum deſtituuntur, verum et Conſiliario vel unico, & quibus non ſunt Officiales alii, quam ii, quos plerique Nobilium Landſaſſiorum conſueuerunt alere. Eodem quoque modo ſe res habet apud Nobiles Imperii immediatos. Hi omnes ſoli Ius dicunt in perſona propria, vel, ſi grauior quidam caſus obueniat, vicinos aliosue pro lubitu conſulunt, vel Iurisperitum unum pluresue adhibent, vel Acta pro ferenda Sententia transmittunt, ſoli Leges condunt, ſoli ab iisdem Diſpenſationes concedunt, ſoli Priuilegia indulgent, reſp. ſoli ei, qui vices ipſorum gerit in Comitiis vel Circularibus, vel Collegialibus, &c. Votorum ſummam præſcribunt, verbo: ſoli omnia expediunt, publica, eccleſiaſtica, feudalia, cameralia, militaria & quæcunque demum alia, ſuo & lucro, ſi proſpere cedant, & damno, ſi ſecus. Neque hæc juſtam Subditis querendi cauſam præbent, dummodo in cauſis Iuſtitiæ nihil Iuri adverſum ſtatuatur, in cauſis contentioſis obſerventur Subſtantialia Proceſſus & in Eccleſiaſticis conſcientia Subditorum non gravetur. Utuntur hoc Jure plures Status, nec non Nobiles Imperii immediati.

§. 10.

Quodſi vero imperans ipſe vel dotibus animi ſufficienter ad ea, quæ diximus, inſtructus non ſit, vel vitam agat otioſam, aut in eum cadant rythmi Poetæ Germanici veteris ab Excell. LEYSERO (1) allegati, &c. tunc omnino, præſertim ſi vel ipſi Facultates pro Salariis non deſint, vel Subditi ea de propriis ſolvere ſint parati, poſtulare poterunt Subditi, ut Socios ſibi Regens adſciſcat vel perpetuos, vel ſaltim tum, cum cauſæ graviores occurrunt. Quando hoc non ſufficiat?

§. 11.

(1) *In Medit. ad Pandect. Vol. 7. p. 32.*

§. 11.

Plerique Status utuntur Conſiliariis,

Cum vero per imbecillitatem humanae naturæ Principibus vel optimis iisque indefeſſis plane impoſſibile ſit, eo, quo decet, modo curare omnia ea, quæ ipſis incumbunt, ſi paulo amplioribus Ditionibus gaudeant, hinc plerique Statuum ſponte in partem curarum aſſumere conſueverunt alios, cujus rei præſentiam hiſce verbis Ser. Filiis ſuis expoſuit Erneſtus vere Pius, Dux Saxo-Gothanus, in Teſtamento ſupra citato: Alle vorfallende Sachen ſollen Sie (Filii) aus gutem getreuen und wohlbedachten ordentlichen Rath anfangen, vor Sich ſelbſten, ſonderlich in wichtigen Fällen, nichts temere vornehmen und gäntzlich davor halten, daß groſſen Herren und Regenten keine Schande, ſondern vielmehr ein Ruhm und Ehre ſey, guten vernünfftigen Rathſchlägen zu folgen, und daß daher der Freyheit nichts abgehe; gleichwie dieſelbe ſonſten insgemein gar wohl beſteht, obgleich ein jedweder an gute Geſetze verbunden iſt, und nach denſelben ſeine Actiones reguliren muß.

§. 12.

interdum neceſſario.

Imo nonnunquam per modum Pacti Principes ſeſe obligaſſe novimus, quod Regens in cauſis arduis non, niſi adhibitis Conſiliariis, imo non, niſi ſecundum Vota eorum majora, quicquam velit ſtatuere. Ex. gr. in Transactione fraterna Ducum Saxo-Vinarienſium de Anno 1662. cavetur: So ſollen Wir (Primogenitus Regens) hierauf ſchuldig und verbunden ſeyn, in wichtigen Sachen, und vor allen in denen, ꝛc. hic plura ejusmodi negotia nominatim recenſentur,) anders nicht, denn mit Unſerer Brüdere, wenn ſie in loco gegenwärtig, in Dero Abweſen aber, vermittelſt ſchrifftlicher Communication, und doch darneben mit Unſerer und Ihrer Ld. Ld. Ld. allerſeits geſammten Geheimen Cammer-Hof- und Kirchen-Räthen, in Landſchaffts-Sachen aber mit der getreuen Landſchaff-Rath, nach dem mehrern Theil der Stimmen, wie von Alters herkommen, zu verfahren.

§. 13.

§. 13.

Porro Statuum, qui Conſiliarios nutriunt, alii uno alterove eorum ſunt contenti, alii vero, ob negotiorum ipſos prementium molem, integris Conſiliariorum Collegiis, imo pluribus ejusmodi Collegiis, tum in diverſis imperio ipſorum ſubjectis Provinciis, tum etiam in una eademque provincia indigent, licet hic mores Germaniæ priſtini atque moderni, nec non inſtituta ſingulorum Territoriorum inſigniter differant.

Alii utuntur Conſiliariis ſingulis, alii integris Collegiis.

§. 14.

Olim ſcilicet in Provinciis Germaniæ, quantum conſtat, omnibus non niſi unicum Collegium erat conſtitutum, cui omnis Reipublicæ circa ſecularia cura extrajudicialis incumbebat, Senatus vel Conſilium, der Rath oder die Rath-Stube, dictum. Equidem nec vacat, nec libet, ſingulorum Germaniæ Procerum Aulas percurrere; ut vero fidem dictis conciliemus aliquam, bina Specimina in medium producimus. De Saxoniæ Ducibus refert WECKIVS (1): Nicht allein vor etlich 100. Jahren, ſondern auch zu Anfang des vorigen (16den) Seculi, ja kaum vor 130. Jahren, hat bey damaligen Sächſiſchen Hertzogen hieſiger Eſtat, gleichwie in vilen andern Dingen, als auch in Regiments-Sachen, bey weitem einen andern Zuſtand gehabt, als derſelbe jetzo anzutreffen. Dann die Geſchäffte des Hoffs (welche auch dazumahl ſo wohl, als die darzu gehörige Landſchafften, etwas enger waren,) beſtunden in einem einigen Raths Collegio, bey welchem gar offters ein JCtus das Cancellariat verwaltete und wurde dieſe Stelle gemeinlich durch einen promotum Doctorem, er mochte nun Adelichen oder Burger-Stands ſeyn, vertreten, jedoch befunde ſich der Landes-Fürſt meiſtens in

Olim Status unico Collegio ſeculari erant contenti.

B

(1) In der Beſchr. der Statt Dreßden p. 2. T. 2. *allegante HERTIO de Conſult. Leg. & Judic. in ſpecial. Rom. Germ. Imp. Rebuspubl. §. 2.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0015-4

in Perſon, benebens dem Ober-Marſchalck, auch wohl mit ſeinen heimlichen Räthen, bey Rathſchlägen, und wurden von Ihnen allſeits die Religions-Reichs-Juſtiz- Policey- Berg- Müntz- und andere fürfallende Sachen expedirt. Et de ampliſſimo Ducatu Wurtembergico idem conſtat tum ex pactis Familiae antiquioribus, tum ex Scripto publico de A. 1498. cui Rubrum eſt: Hienach folget die Ordnung und fürgenommen Regiment des Fürſtenthums Würtemberg ꝛc. (1)

§. 15.

Ex quo ſucceſſu temporis enata ſunt plura.

Iam vero aliis longe moribus vivimus. Succeſſere, ait Dn. de LVDOLF, (2) (der Landes-Regierung) pro more ſeculi & negotiorum multiplicatione, vel etiam pro diuerſa Imperantium inclinatione & imitandi alios ſtudio, Collegia eminentiora & denominationes nouæ des Geheimen Raths, des Geheimen Conferenz- oder Etat-Raths, &c. & ſat inſignis Collegiorum Electoralium Saxonicorum æque ac Würtembergicorum numerus habetur. Sic enim ex. gr. Stuttgardiæ, præter Conſilium ſecretius, cui imperantibus Ser. Ducibus Eberhardo Ludouico atque Carolo Alexandro accedebat Conſilium ſecretius arctius, (die Geheime Conferenz,) conſpicies Conſilium Regiminis, Conſilium Bellicum, Conſilium Cameræ Ducalis Conſiliumque Tutelare, ut Synodum Eccleſiaſticam, Conſilium & Judicium matrimoniale, Conſiſtorium Eccleſiaſticum atque Conſilium Cameræ Eccleſiaſticæ ſilentio prætermittamus.

§. 16.

Variant tamen mores Regionum.

Neque vero minus variare hodieque Collegiorum nomine Principis curam Reipublicæ in extrajudicialibus gerentium & numerum, & objecta, & conſtitutionem reliquam, conſtat omnibus. Alicubi enim non

(1) *In Præſidis* Würtemb. Urkund. *p. 229. ſeqq.*
(2) *In Obſerv. forenſ. Part. I. Obſ. 99. p. 245.*

non niſi unicum adeſt Collegium; plures Principes, praeſertim Eccleſiaſtici atque Comites, binis Collegiis, altero Juſtitiae, altero Camerae, ſunt contenti; Electores contra atque Principes potentiores, quandoque & alii, addidere Collegia Status, Bellica, &c. de quibus ſingulis, ſi per Praeſidem ſtabit, in ſingulis Diſſertationibus alio tempore agetur pluribus. Imo, ſi audiamus Ill. AVTOREM des Europ. Herolds (1) res ſe ita habet: Es finden ſich bey einem weitläufftigen Staat 15. Concilien oder Curiae, darinnen ein groſſer Herr ſeine Geſchäffte und Handlungen tractiren, berathen, erörtern und entſcheiden läſſet, als nemlich 1. der geheimte Rath, ꝛc. 2. der geiſtliche Rath, ꝛc. 3. der Land-Rath, ꝛc. 4. der Amts-Rath, ꝛc. 5. der Haus- oder Hof-Rath, ꝛc. 6. der Finanz- und Kammer-Rath, ꝛc. 7. der Juſtiz-Rath, ꝛc. 8. das Hof-Gericht, ꝛc. 9. der Appellations-Rath, ꝛc 10. der peinliche Rath, ꝛc. 11. der Commercien-Rath, ꝛc. 12. der Berg-Rath, ꝛc. 13. der Kriegs-Rath, ꝛc. 14. der Admiralitäts-Rath, ꝛc. 15. der Lehen-Rath, ꝛc. nobis tamen non conſtat, in ulla Germaniae Provincia deprehendi tot diſtincta, & praeciſe illa, quorum nomina expoſuimus, Collegia.

§. 17.

Eccleſiaſtica Collegia apud R. Catholicos a Secularibus ſunt diſtincta.

Quantum vero ad negotia Eccleſiaſtica attinet, notum eſt, in Terris Statuum Romano-Catholicis Sacris addictorum ea relinqui Epiſcopis aliisque Judicibus Eccleſiaſticis ſuperioribus, hinc nihil neque Principi ſeculari ipſi, neque ejus Collegiis, rei eſt cum illis. Ipſi vero Status Eccleſiaſtici, uti duplicem Perſonam repraeſentant, ſcilicet eccleſiaſticam, e. g. Archi-Epiſcopi, Abbatis, &c. atque ſecularem, Domini nempe territorialis, ita duplicis quoque generis Collegiis multi ſunt inſtructi, quorum alia ſecularium curam gerunt, alia eccleſiaſticorum. Et in



(1) *Part. 1. p. 37.*

Capitulatione Joh. Godofredi II. Epiſcopi Herbipolenſis de A. 1684. legitur: „Conſiliarii Noſtri tam „aulici, quam Cancellariae, ſe non immiſcebunt re„bus & negotiis Eccleſiaſticis, multo minus de iis „judicabunt, ſed ad Conſilium Eccleſiaſticum remitten„tur, & vice verſa Conſiliarii Eccleſiaſtici de rebus „ſecularibus abſtinebunt, ne confuſio Jurisdictionum „oriatur.„

§. 18.

Apud Evangelicos non uno modo ſe res habet.

Apud Evangelicorum vero plerosque itidem peculiaria Collegia rebus ſanctis, piis & mixtis ſunt praepoſita, licet horum Collegiorum & numerus, & tituli, & objecta, &c. varient, ceu ex illis, quae alibi afferentur, patebit. Viciſſim dabantur non olim ſolum integri Principatus, ubi plane nulla Collegia Eccleſiaſtica aderant, uti ex. gr. in des Fürſtenth. Anhalts Polic. und Landes-Ordn. *de A. 1572. Tit. 2.* habetur: Als Wir aber von Unſer Landſchafft, ſonderlichen den Stedten, unterthenniglichen angelanget, daß Wir in Unſerm Lande ſelbſten ein Conſiſtorium anrichten wollten, da Wir nun zur förderlicher Gelegenheit und mit zeitigem Rath ein Conſiſtorium beſtelleten, ꝛc. ſed & hodie plures Comitum & Baronum Evangelicorum Terrae, uti & pagi Nobilium Imperii immediatorum purioribus ſacris addictorum, tum Conſiſtoriis, tum & aliis Collegiis Eccleſiaſticis carent.

§. 19.

Regula de Jure Statuum circa ſuos Conſiliarios.

Pergimus jam ad punctum Juris, idque unicae huic regulae includimus: Status Imperii gaudent libera facultate circa ſuos Conſiliarios, niſi vel Pacta, vel Privilegia, vel Leges Imperii obſtent.

§. 20.

Ejus Probatio.

Prius Regulae membrum probamus ex notoria totius Germaniae Obſervantia, quae cum negari nequeat, partim etiam ex jam dictis aeque, ac ex ſequentibus appa-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449576-p0018-1

appareat, non opus eſt, ut verba de eadem faciamus. Poſterius vero Membrum itidem apud æquos rerum arbitros probatione non indiget. Pacta enim cum Statibus Provincialibus & Subditis inita ſervanda, Privilegia quoque iis indulta non violanda eſſe, concedent omnes, qui Germanam fidem nondum ejurarunt; denique Leges Imperii, praecipue quatenus circa religioſa diſponunt, (horum enim potiſſimum paſſuum utilitas hic ſe exſerit,) obligare Status Imperii, ut actiones ſuas ad eas componant, primum quoddam Juris noſtri publici principium eſt.

§. 21.

Transitio ad ſpecialiora.

Poſſemus hic acquieſcere; utile tamen erit, ſpecialiora in medium proferre, praeſertim, cum ita occaſio nobis ſubnaſcatur, limites Statibus Imperii vel omnibus, vel nonnullis, vel per Conſtitutiones Imperii, vel per Pacta cum Capitulis, &c. vel per Privilegia Subditis conceſſa, poſitos exponendi, dubia circa nonnullos caſus mota examinandi, nonnulla quoque ex iis, quæ hactenus aſſeruimus, novis rationibus firmandi.

§. 22.

In Principis arbitrio poſitum eſt, augere Collegiorum Numerum,

Eſt itaque in arbitrio Principis regulariter poſitus Collegiorum ex Conſiliariis conſtantium numerus, ſive major ipſi arrideat, ſive minor. Licebit ergo Statui Imperii, augere numerum Collegiorum, ejus negotia extrajudicialia reſpicientium. Praxin rei ſatis monſtrant ea, quae ſupra protulimus; addimus tamen iis exempla quaedam recentiſſima. Sereniſſimus Elector Colonienſis, Clemens Auguſtus demum Anno 1726. Hildeſiae ordinavit Conſilium ſecretius, einen Geheimten Rath, vi Diplomatis à JCtiſſimo STRVBENIO (1) exhibiti. Idem quoque circa haec tempora

 primus

(1) Im Unter. von Regier. und Juſtiz-Sach. Sect. 2. §. 8. p. 64.

primus in ſuis Terris effectui dedit Ser. Princeps Hohenzollerano-Hechingenſis Fridericus Wilhelmus, non ita pridem defunctus. Vbi autem Status Provinciales concurrunt, vel ad Conſtitutionem Collegiorum ipſam, vel ad Salaria Conſiliariorum, neque in præjudicium eorum Collegiorum, ad quae ipſi concurrunt, nova conſtituere fas eſt absque eorum conſenſu, neque onus Salariorum conſiliariis noviter electis numerandorum in ipſos devolvi Jure poterit, imo & extra hos caſus non inſolita eſt deliberatio inter Dominum Territorii ejusque Ordines Provinciales circa Conſtitutionem novorum Collegiorum. Sic enim ex. gr. legimus in Ser. Ducis Chriſtiani Saxo-Merſeburgenſis Inſtruction vor die Ober-Amts-Regierung im Marckgrafthum Nieder-Lauſiz, *d. 7. Mart. 1666. in Proœm.* Nachdem -- Wir, auf vorhergehende Berathſchlagung mit Unſern verſammelten treuen Ständen von Prälaten, Herren, Ritter-Stande und Räthen in Städten, aus erheblichen wichtigen Urſachen, hinführo die Adminiſtration der lieben Juſtiz (ab officio praefecti Provincialis, ut videtur,) abſondern -- an Unſere ſtatt und in Unſerm Nahmen durch ein gewiſſes Collegium verrichten zu laſſen, vor höchſt-nutzlich, heilſam und gut befunden, ꝛc.

## §. 23.

Ex uno formare plura,

Integrum quoque eſt Imperanti, ex uno Collegio formare plura & ſingulis eorum Deliberationum atque Expeditionum certum quoddam objectum aſſignare. Sic e. gr. olim in plerisque Collegiis Juſtitiae & publica tractabantur & juſtitia adminiſtrabatur, paulatim vero publica multis in locis avulſa & peculiari Collegio, Conſilium Status dicto, tributa ſunt. Sic etiam An. 1730. à Ser. Marchione Brandenburgo-Onoldino Conſilium aulicum diſtinctum fuit in Conſilium Aulicum atque Conſilium Juſtitiæ. Audiamus ipſa Ser. Principis verba *in Præfat.* des neuen Canzl.

*Reglem.*

*Reglem.* Nachdem Wir, inquit, dienlich und nöthig gefunden, Unſern Fürſtl. Hof-Rath, nach ſeinen je und allezeit gehabten zwey Haupt-Reſpecten, in zwey diſtincte Collegia zu vertheilen und das eine unter dem fortwührigen Nahmen des Fürſtl. Hof-Raths zu einem ſolchen Conſilio Principis zu declariren, welches, mit Vorbehalt des dem Geheimden Rath gebührenden Vorzugs, die Landes-Fürſtl. Jura und andere hohe Regalia, quoad interna, in ſeiner Beſorgung haben ſolle, das andere aber den Fürſtl. Juſtiz-Rath zu benennen und als ein formales Iudicium, ſo der Privat-Partheyen Klag-Sachen reſp. in prima und ſecunda Inſtantia tractiren und erörtern, wie auch die Cognition in allen Malefiz- und peinlichen an das Leben und ſcharffe Leibes-Straffe ausgehenden Fällen zu beſorgen haben ſolle, ꝛc.

§. 24.

Neque minus Principi fas erit, Collegia ex ipſius ſententia ſuperflua plane tollere, Collegia diſtincta combinare, aliove modo Collegiorum numerum reſtringere. Sic ex. gr. Potentiſſimus Rex noſter Conſilium heraldicum A. 1713. ſuſtulit. In Würtembergia quoque ante aliquot annos Conſilium Metallicum ceſſare juſſum eſt. Viciſſim hinc inde per pacta proviſum eſt, ne quaedam Collegia intercidant. Ex. gr. Status Ducatus Würtembergici caveri ſibi fecerunt Anno 1733. Daß das Conſiſtorium und Synodus in ihrer von Zeiten derer Herzogen Chriſtophs, Ludwigs, Friderichs und Eberhards hergebracht- in der groſſen Kirchen-Ordnung fürgeſchrieben- und beſtätigten, auch bißanhero exercirt- und gelaßenen Verfaſſung, Anſehen, Activität und Kräfften, in allen und jeden Stücken, nichts davon ausgenommen, - - conſerviert - - werden ſolle, ꝛc. Tollere ſuperflua,

§. 25.

Quonam Titulo ſive Charactere ſingula Collegia debeant eſſe conſpicua? quænam honoratiorem præ aliis locum obtinere? quali & quanto Salario gaudere Titulum, Præcedentiam, Salarium aſſignare,

gaudere ſingulorum Collegiorum Membra? & quæ ſunt alia hujus generis, itidem à Principis determinatione atque voluntate ſæpius mutabili regulariter pendent. Plura de his dabimus, cum de ſingulis Collegiis diſſerendi occaſio ſeſe offerret.

§. 26.

Collegia ſibimet invicem ſubordinare,

Ulterius, ſi Principi ita viſum fuerit, inter Collegia ipſa certa quædam Subordinatio locum habebit, ita ſcilicet, ut nonnulla Collegia vel ſimpliciter, vel in quibusdam cauſis & negotiis Imperanti ſubſint immediate, alia vero Collegia vel ſimpliciter, vel in cauſis & negotiis à Principe deſignatis, ſuperioris cujusdam Collegii vel ſuperiorum quorundam Collegiorum Mandatis parere & in cauſis gravioribus cum Voto ad ea referre debeant, vel etiam Recurſus à Collegiis inferioribus ad ſuperiora pateat iis, qui gravatos eſſe ſe exiſtimant. Ubi vero Collegium aliquod Ius per Pacta, Privilegia vel Leges Imperii quæſitum habet, quod non ſuperiorem alium agnoſcere debeat, niſi Principem, absque injuria hæc Præminentia ipſi nequit aufferri. Hinc querelæ Conſilii Eccleſiaſtici Ev. Reformati Palatini auditæ ſunt circa A. 1720. Daß der Kirchen-Rath nun der Regierung ſubordinirt ſeyn und nicht mehr immediate unter Sr. Chur-Fürſtl. Durchl. ſtehen ſolle.

§. 27.

Jurisdictionem iis tribuere,

Pendet porro ex arbitrio Principis, quantam & qualem Iurisdictionem & qualia Deliberationum Objecta ſingulis Collegiis velit tribuere? quænam privative? quænam cumulative vel conjunctim cum aliis? &c. Plerumque decidi ſolent hæc in Ordinationibus vel integro Collegiorum Corpori, vel ſingulis Collegiis præſcriptis, imo etiam in Reſcriptis normalibus, &c. Ex. gr. in Reſcripto generali Ducali Würtembergico d. d. 1709. 13. Sept. condidi Conſilii Commer-

Commerciorum curam gerentis notificatorio dicitur: Uns gnädigſt reſolviret, einen beſondern Commercien Rath zu etabliren, alſo, daß derſelbe alle Commercia, Manufacturen, Zucht-Arbeit- und Waiſen-Haus, Handlungs-Krämer- und Handwercks-Floz- und Bergwercks-Sachen, Tabacs-Cultur, Land-Poſtweſen, Straſſen-Beſorgung, auch übriges zu dieſem Vorhaben dienliches über ſich nehmen, veranlaßen, deliberiren, beſchließen und vollziehen möge, ꝛc. quae ipſa deinde latius diducuntur certisque regulis includuntur. Interdum tamen per Pacta cavetur, ne poteſtas Collegiorum vel reſtringatur, vel amplietur. Prioris generis Specimen deprehendimus in Reverſalibus Würtembergiae Ducis d. d. 17. Dec. 1737. ubi habetur, quod Conſiſtorium & Synodus, non ſolum conſervari debeant, ſondern auch, ſo in Eccleſiaſticis etwas gemehret und gebeßeret werden könnte, ſolches jedesmalen und allezeit von beſagtem Conſiſtorio und Synodo in das Werck gerichtet -- werden ſolle. Porro Idem Ser. Dux Coſilio ſuo ſuo ſecretiori A. 1734. in vim Commiſſionis perpetuae reſcripſit: Als tragen Wir Euch darnebenſt, auch in jener Conformität, auf, alle und jede die Evangeliſche Religion A. C. das Kirchen- und dahin einſchlagende Policey-Weſen betreffende Angelegenheiten, nach dem Exempel von Chur-Sachſen, allein und ohne Anfrage zu beſorgen, es concernire nun ſolches allein Unſere Lande, oder das geſammte Evangeliſche Weſen, inn- und außerhalb des Röm. Reichs, auf Craiß-Tägen, Conferenzien, Deputationen und allen andern Zuſammenkünfften und Verhandlungen, geſtalten Wir dann auch Unſere Collegia und Geſandſchafften zu alleiniger Erſtattung ihrer Berichte in ſolchen Fällen an Euch und Euere darauf zu ertheilende Reichs- und Land-Grund-Geſez mäßige Beſcheide angewieſen und Euch noch weiter gnädigſt aufgegeben haben wollen, im Fall wider Vermuthen einiger Eingriff und Exceſſe hierwider begangen werden möchten, ſelbige ſo fort abzuſtellen, ꝛc. Quibus derogare Succeſſori ſalvis Legibus nunquam fas erit. Juſtae ergo, quatenus

Juribus circa Eccleſiaſtica vi Inſtrumenti Pacis aliorumque Pactorum competentibus praejudicium inferunt, fuerunt Querelae Conſilii Eccleſiaſtici Ev. Reformati Palatini circa An. 1720. Daß dem Kirchen-Rath in Abſezung ärgerlicher und untüchtiger Pfarrer und Schul-Diener die Hände wollen gebunden werden; porro: daß Evangeliſche Pfarrer und Kirchen-Bediente (qui coram dicto Conſilio Eccleſiaſtico forum ſuum ſortiri debebant,) von Chur-Fürſtlichen Beamten vor ihr Forum gezogen werden; denique: daß dem Kirchen-Rath das Jus transferendi Paſtores diſputiret werde.

§. 28.

Collegiis extrajudicialia tractantibus etiam Judicialia demandare.

Tangenda paucis hic eſt Quaeſtio: an liceat Statui Imperii Collegio cuidam proprie extrajudicialia tractanti demandare quoque curam aliquam judicialium? Pro negativa facit Concluſum Judicii Imperialis aulici in cauſa der Mecklenburgiſchen Ritter- und Landſchafft contra den Herrn Herzogen zu Mecklenburg, in puncto der Landes-Gravaminum d. d. 19. Oct. 1724. ubi Membro 2. habetur: 2. Werden autoritate Caeſarea die fünff Mecklenburgiſche Collegia dahin bedeutet, daß die Fürſtliche Rent-Cammer in Zukunfft weder einiger Rechts-Sachen, noch auch einer Jurisdiction über die von der Ritter- und Landſchafft ſich weiter anmaßen, ſondern die von ermelter Rent-Cammer zeithero wider ſelbige unternommene Befehle gänzlich aufgehaben ſeyn, dagegen wann ſie, die Rent-Cammer, oder ſonſt jemand wider die von der Ritter- und Landſchafft zu klagen haben, ſolches allein bey denen zur Adminiſtration der Juſtiz im Lande verordneten Fürſtlichen Judiciis, als bey der Juſtiz-Canzley, oder aber dem Land- und Hof-Gericht, geziemend anbringen, und daſelbſt der Sachen rechtlicher Erörterung gewärtigen. Vti vero facile largimur, hanc Sententiam obtinere tum, cum vel Collegia ipſa, inſcio Principe, ſuæ poteſtatis limites tranſiliunt, vel ſecundum Pacta aut Privilegia ita di-

diſtincta eſſe oportet & Collegia & Collegiorum obiecta; ita viciſſim, ceſſantibus his circumſtantiis, in affirmatiuam deſcendere ſententiam nulli dubitamus, dummodo Collegio interſint perſonae Iurium, ſecundum quae pronunciandum eſt, gnari, Subſtantialia Proceſſus obſeruentur, atque Grauatis Remedia Iuris in cauſis Iuſtitiae alias competentia pateant,) ex his rationibus: 1. quod hoc nemini Statuum interdictum, nec 2. ulli bi certa quaedam Iudiciorum forma iis praeſcripta ſit, 3. non ſolum in pluribus Germaniae Prouinciis, quarum Catalogum aliquem ſiſtit Dn. de LVDOLF (1), Conſilio Aulico, vel Iuſtitiae, vel Regiminis, cauſarum Iuſtitiae & judicialium & extrajudicialium cura demandata ſit, verum & 4. tum in Conſiſtoriis quam plurimis judicialia tractentur, etſi Aſſeſſores Theologi Iura non didicerint, tum Conſiliis Cameralibus paſſim litium circa Cameralia enaſcentium deciſio commiſſa ſit, ceu videre eſt ex iis, quae Speciminis loco affert eruditiſſimus Dn. STRVBE (2), qui ſtrenuus atque acerrimus Iurium Statibus prouincialibus aliisque Subditis competentium vindex ipſemet quoque ſub adductis Limitationibus noſtrae accedere videtur Sententiae. 3. Inſigniter tamen variare & hic mores ſingularum Prouinciarum in aprico eſt & in pluribus earum ne ipſis quidem Conſiliis Regiminis & Iuſtitiae Ius aliquod eſt circa Iudicialia. Sic ex. gr. Anno demum 1734 5 Iul. Conſilio Regiminis Ducatu Würtembergici denuo injunctum eſt: Der Regierungs-Rath ſolle in Sachen, welche ex officio nicht ausgemachet werden können, ſondern ſich ad Iudicem qualificiren, die Remiſſiones ſogleich, ohne Decernirung ſumtuoſer Commiſſionen und anderwärtigen Auffenthalts verfügen.

 §. 29.

(1) Obſ. Forens Part. I. p. 246. ſeq.
(2) Im Unterr. von Regier. und Juſtiz-Sach. Sect. 3. §. 22. p. 165.
(3) l. c. §. 2. 3. p. 169.

§. 29.

Lites ſuper Limitibus poteſtatis componere,

Quatenus Jurisdictio Collegiorum à ſolo Principe procedit, eatenus ejus quoque ſolius eſt, dirimere lites haud raro inter ipſa ejusmodi Collegia exorientes ſuper limitibus poteſtatis unicuique Collegio competentis. Exempli loco ſit nobis Reſolutio Ser. Ducis Eberhardi Ludovici Würtembergici d. d. 1728. 29. Nov. his fere verbis concepta: Die Rent-Cammer ſolle ſich die privative Cognition in geringern Confiſcations- und Abzugs-Fällen, wie auch bey Ertheilung der Perſonal-Freyheiten, Schenck- und Schildwirths-Gerechtigkeiten, Unterſuch- Anſez- und Nachlaßung der Mühl- und Umgelts-Straffen, nicht ſo ſchlechterdings anmaßen, ſondern dergleichen und andere in das Punctum Juſtitiæ einlauffende Vollkommenheiten durch den Cammer-Procuratorem cum Voto im Fürſtl. Regierungs-Rath referiren, reſolviren und expediren laßen. Ubi vero ligatas circa Collegia manus habet Princeps, poteſt accidere, ut, emergentibus ejusmodi controverſiis, in Conſilium adhibendum ipſi ſit Capitulum, vel Status Provinciales.

§. 30.

Ordinationes integris Collegiis præſcribere.

